Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25988
Copyright: Admont, Benediktinerstift

corpora sanctarum virginum. et capita iuxta corpora
posita. Et leuauerunt corpora sancta cum ymnis et psal
mis et cum uenerunt ad domum ualemiani. et ibi
cum aromatibus condierunt corpora sancta. et ibi sepe-
lierunt in domo cadem immonumentis marmoreis
parvulis. Et edificauit sanctus bermachi episcopus ibi altare
dedicauit beato ualemiano. et ipsam domum ecclesiam
consecrauit ad honorem sancte et indiuiduae trinitatis et
ad honorem sancte et perpetuae virginis mariae et sanctarum
virginum eufemiae dorotheae teclae et erasmae. et ce-
lebrauit ibi missa et moratus est ibi usque in diem octa-
uum cum ymnis et laudibus. Et beatus bermachi episcopus
dedicauit beato ualemiano sedem beatae mariae euan
gelistae ibi statuit et suam. et ibi morabatur cotidie cum
clericis suis. Et ceperunt uiri christiani uocare ipsam
domum matrem ecclesiam ubi recedunt sanctae virgines.
Beatus autem ualemianus dedit omnes facultates suas. et
praedia seruos et ancillas sancto bermachoro episcopo. Ipse
autem morabatur ibi cum eo. Et sanctus bermachorus episcopus cepit
multas elemosinas facere de rebus ualemiani
et in octauo die baptizauit inter uiros et feminas
pueros et puellas tria milia. Et cepit christianorum
numerus crescere ita ut tres partes essent pene
christianae uideremur esse. Passae sunt autem sanctissimae
virgines sub nerone imperatore et seuasto praeside
in ciuitate aquilegia. xiii. k oct.

Vita S[illegible]